



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XV. Deum ab hominum Temperie aut Complexione, vt aliquem perficiat,
non dependere; sed eius gratia pessimum quemq[ue] optimum posse
euadere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

nea: & toto vitæ decursu occupari non debeat
 in amoliendis terribilissimis passionum monstris
 ac portentis, quæ mileros mortales vel trahunt
 ad interitum, vel immaniter torquent & affli-
 gunt, omnique corporali & spiritali solatio de-
 situtos relinquunt.

C A P. XV.

*Deum ab hominum Temperie aut Comple-
 xione, ut aliquem perficiat, non dependere:
 sed eius gratia pessimum quemque o-
 ptimum posse euade-
 re.*

25. **I**D postremo, non obstantibus iis quæ de
 naturarum intemperie dicta sunt, ma-
 gnitudini diuinæ potentæ tribui debet, quod,
 quantumcumq; quispiam inconditis deprava-
 tisque moribus sit, tumma labore intemperie,
 Complexione deterrima, ac passionibus im-
 moderatis, Deo hominibusque sit inuisus: si di-
 uina gratia deinde mentem occupet, volunta-
 tem emolliat atque informet, mira in homine
 fiat mutatio: & talis quidem, ut non rebellem
 naturam, sed maxime temperatam ex matris
 utero hausisse atque attulisse videatur. Id cum
 experientia notissimum sit, tum ex sacris Scri-
 pturis facile declarabitur. Cum enim D. Ioan-
 nes venturum Messiam annuntiaret, & ingra-
 tis Iudæis denuntiaret gratiam in Gentiles

*Sanari gra-
 tia intem-
 periem,
 prauamq;
 Complexi-
 nem, decla-
 ratur Scri-
 pturis.
 Lib 29. Mo-
 val. cap. 25.*

ROMBECIUS
 ...
 ...



transfusum iri, teste Diuo Gregorio : Potens ait, Deus lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Lapidibus hi (inquit Origines) nos significant, quia similitudinem lapidum obdurantes corda nostra renouamus veritatem. Et D. Gregorius : In Scriptura sacra aliquando lapides in malo, aliquando in bono, accipiuntur : nam cum lapis pro insensibilitate ponitur, dicitur per lapides corda signantur : vnde & per Ioannem dicitur, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae : qui videlicet nomine lapidum corda Gentilium designat, dura tunc atque insensibilia per insensibilitatem. Et per Prophetam Dominus pollicetur dicens : Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. At Gentilium quam multi barbari ! quam efferae, quam immanes, quam truculentae bestiae ! Hinc à Scriptura pardi, serpentes, dracones, lupi nominantur. Et tamen quam praecleara & speciosa de ijs praedicantur à Prophetis ; Latabitur, ait, Isaias, deserta, & exultabit solitudo ; germinans germinabit letabunda. & Latare sterilis, quae non parit erumpe & clama, quae non parturis : quia multi filii deserta, magis quam eius quae habet virum, item : Habitabit lupus cum agno, & pardus cum haedo accubabit. & : Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrrum, & lignum oliuae. & : Ponet Dominus desertum Sion quasi delicias & solitudinem quasi hortum Domini : gaudium & letitia inuenietur in eo, gratiarum actio, & vox laudis. Quibus verbis Spiritus sanctus admirandam in hominibus mutationem significat, vt qui duri & crudeles instar leonum, visorum, & luporum, foedi tamquam haedi, maculosi vt pardi,

Luc. 3.

Hom. 14. in

Ierem.

Lt. 18. Mo-

rat c. 20.

Luc. 3.

Ezech. 36.

Isaia. 35.

Isaia. 54.

Gal. 4.

Isaia. 11.

Isaia. 41.

Isaia. 51.

pardi, insensati vt bos aut vitulus ante gratiæ su-
 ceptionem, tristes vt in solitudinem relegati,
 superbi vt cedri, infructuosi vt arbores silue-
 stres, horum iam mutato animo, omnes corpo-
 ris simul qualitates mutatz videantur, vsque
 adeo, vt habitare possit agnus cum lupo. & hædus cum
 pardis accubare. Addit Propheta: Vitulus, & leo, *Isaie. 11.*
 & cuius simul morabuntur, & puer paruulus minabit
 eos: vitulus & vrsus pascentur, simul requiescent ca-
 tulli eorum; & leo quasi bos comedet paleas: & delecta-
 bitur in fans ab vberibus super foramine aspidis, & in ca-
 uerna reguli, qui ablactatus fuerit, manū suam mittet.
 Vis admiranda gratiæ Dei, quæ adeo hominem
 mutet, vt is qui fuit, non ille ipse esse censea-
 tur. Magnus artifex Dominus & medicus in-
 comparabilis: hinc *Isaias*: Reuertentur *Aegyptii* *Isaie. 19.*
 ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos: De- *Ezech. 33.*
 nique impietas impii non nocebit ei, in quacumque
 die conuersus fuerit ab impietate sua. Hæc muta-
 tio cum appareat in vniuersa Ecclesia, tum ma-
 xime in sancto aliquo religioso Ordine: vbi li-
 cet ex omni natione, mira morum varietate, of-
 ficiorum ac negotiorum gestorum differentia,
 nullo discrimine collecti sint, tamen viuunt cō-
 munitè, & nulli amplius leones, pardi, vrsi, lu-
 pi, aut ferociores boues ibi sunt, sed omnes e-
 uaserunt agni, aut innocentes vituli: nec vnus
 comedit carnes, alius scenum, alius paleas, sed *Isaie. 11.*
 leo quasi bos comedit paleas, omnes eadem mensa
 fruuntur, nec superior inferiorem in ciborum *Act. 4.*
 quantitate aut qualitate antecellit: multitudinis
 denique credentium est cor vnum, & anima vna: nec

quisquam aliquid suum esse dicit, sed omnia sunt cōmūnia. Inter miracula mundo edita non est hoc magis, nec in quo se Deus magis ostendit absolutum hominum dominum, qui de ijs pro nutu & beneplacito suo possit disponere, & ab extremis animi corporisq; indispositione ad extremum splendorem vtriusque hominis statū nullo negotio reuocare. Vere dixit Propheta: *In manu eius sunt omnes fines terra.* Impij enim & iusti distantia cum extremis mundi partibus merito conferuntur: at quia in manu Dei sunt, facile ei est vtramque manum distentam coniungere, & extrema in suis manibus componere. Quid mirum? figulus est, & de eadem massa facere potest vas in honorem & in contumeliam: non tantum ex terra virgine, sed etiam postquam decocta sunt vasa, & in contumelia vsu pane consumpta, rursus emollire, & in vasa gratiae transformare. Quid ni? nam & fictores crystallorum in fornace ex frustis noua vasa restitunt. Et ipse est fictor egregius: *mittit crystallum suum sicut buccellas*; & in camino caritatis effiactas vires animi corporisque de integro restituit, ac in vasa electionis transmutat.

Psal. 94

Psal. 147.

Idem ratio
nib. probatur. Ratio. I.

26. Etsi enim quispiam pessimae Complexionis sit, & vitæ profligatae, deploratis moribus, longo vsu ac consuetudine roboratis: remanent tamen in homine virtutum semina, rationis radius, igniculi iustitiæ, rectæ conscientia scintilla, quibus nonnumquam illustratus atque excitatus ad se redeat, & condicionē suā deplorat, & vellet ille quidem se aliter habere, sed id

con-

consequi non potest, ob vitium imbecillitatem
 difficultatem, multitudinemque ingruentium
 tentationum, ac Complexionis deprauatæ pon-
 dus pertrahens in aduersum. Deinde ipsum ra-
 tionis lumen, quod est initium ac basis bonæ
 actionis, ne quidem in grauissimis peccatoribus
 extinguatur: offunditur quidem vitiorum nebu-
 lis: tollantur vitia, lampas illa perillustris irradiat
 solito more, & maxime si cœleste lumen afful-
 gear. Accedit quod Deus gratia sua vires augere
 possit, ac corroborare, tentationum impetum
 auertere, animo ea solatia immittere, quibus in-
 citatus etiam cum voluptate luctetur, ad victo-
 riam consequendam, & virtutes acquirendas,
 Deo placendum, & gloriam æternam demeren-
 dam. Quod si vires sufficiant, prauitas Comple-
 xionis remanebit quidem aliqua, sed ad virtu-
 tis exercitium, meritorum incrementum, &
 PERFECTIIONIS trophæum reportandum.

Adde quod, qui peccat, magna ex parte ex i-
 gnorantia delinquit: & inter perditissimos quos-
 que reperies, qui aliorum auctoritate, aut sua-
 sionibus speciosis, aut cupiditate inflammati po-
 tius, quam prudentes & scientes sese præcipitēt
 & ubi eos erudiri contingit, ac instrui, improbis
 actibus modum ponunt. Ita fuit Diuus Paulus
 blasphemus, Ecclesiæ persecutor, amulator ar-
 dentior paternarum traditionum. Certe ei ani-
 mus erat optimus: & si sciisset Christum esse
 Messiam, (vti nouit postea) numquam eum fuisset
 persecutus, vt euentus ipse docuit. Iudæo-
 rum quoque plurimi ignorantia laborantes
 in Chri-

Ratio. 2.

Gal. 1.

NO IMPETIUS
 IN
 TULLIO
 HOC

in Christi mortem conspirarunt, principum ac doctiorum auctoritate atque iudicio nihil ac permoti. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. & Petrus ait: Nunc fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes & vestri, Principes quidem inuidiæ ac vindictæ cupiditate excæcati, turba promiscua principum exemplo ac rationibus inducta.

1. Cor. 5.
Ab. 3.

Ratio 3.

Denique constat passiones ideo malas esse, quod cæcæ libidines & flagitia æquæ ac in virtutum opera prorumpant, voluntatis imperio, aut dissimulatione; quæ si rationis regula & prudentiæ norma regerentur, vitio carerent; nam & amare, & desiderare, & frui re honesta & fine laudabili, honestum & laudabile est. Odisse etiam licet quod rationi & æquitati repugnat: illud ipsum fugere, irasci, ac vim repellere, si inferatur: & audenter aggredi ardua, constantiæ & fortitudinis impulsu.

Passiones
ex se non
esse vitio-
sas.

Ad muta-
tionem mo-
rum duo
requiri.

1.

Intentionis
purgatio.

27. Itaque duo hic requiruntur: sanctitas finis seu intentionis purgatio: & sanatio voluntatis. Si enim passiones ad eum finem dirigantur, qui opus cohonestet: illud eo nobilius erit, quo intensius atque ardentius: & hoc ipsum efficiet ac promouebit affecto adiuncta potentia naturali: licet enim Deum intensissime amare, ardentissime desiderare, in ipso quiescere ac lætari. Hoc fecit Dauid, cum dixit: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei: & alibi: Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur*

Psal. 41.

Psal. 136.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, psal. 136.

Non meminero tui. Quia vero peccata amorque proprius, concupiscentia item carnis & oculorum, ac superbia vitæ impediunt: iis vehementer irasci, cum nos impugnant, ac vim vi repellere, honestum est, atque laudabile. Ad id hortatur nos idem Propheta: *Irascimini, & nolite peccare: licetque Christum imitari, & flagellum nodosum intorquere in eam partem, quæ tales aduersarios foueat.* Et sane si res indecora ac deformis tantum valeat, vt animum amore sui rapiat, occupet, ac teneat; quanto magis virtutis honestas, Dei pulchritudo ac bonitas, in qua natura suis principiis aliquid conforme reperit, & in quam quadam propensione tendit, beatitudinem suam inuentura.

*psal. 4.
Mat. 21.*

Vt enim exercitus prædonum, cuius dux nihil præter cædes, incendia, vastitates, furta, & latrocinia comminiscitur, nihil utilitatis, sed damni plurimum adferre potest, quam diu in hoc ipsum incumbit; si vero dux ipse, mercede potentissimi Regis conductus, animum mutet, & scopum alio conuertat, Regis præscripto in omnibus pareat, impium latrocinium in iustum bellum commutet, non iam patriæ pacem populationibus perturbabit, non cædem ac vastitatem inferet, non prædas aget, sed tranquillitati Reipublicæ consulat, damna auertet, quin etiam aduersarios fugabit, regiones tuebitur, summamque pacem & securitatem inducet; & quo ducis illius potentiores ac generosiores erunt prædones, eo fortiores vicissim in Regis erunt

*Ap. 4. simi-
litudo.*

ROMPELUS
HOB.

erunt obsequio: ita cum passiones velut latronum
culi ac prædones quidam à deprauata voluntate
reguntur, cum membra illi omnia parent, omnes
vires animi corporisq; vires, incredibilem bono-
rum omnium, virtutum nempe, meritorum, cele-
stiumque donorum adferunt vastitatem, & in
malorum innumerabilium segetem inuehunt,
at si voluntas hominis mutata merere Deo ve-
lit, illius præceptis obsequi, & in eum scopum
omnes animi neruos ac conatus affectione
que conuertere, passiones, quæ alias animæ
teritum adferebant, præsidio erunt, pacem
securitatem inducent, aduersarios expellent,
virtutes propugnabunt. Hoc est quod Aposto-
lus ait: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire im-*
munditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibe-
re membra vestra seruire iustitiæ in sanctificatione-
nem. Seruiunt enim peccatores iniquitati, dum
rem in se deformem amplectuntur: verum
eis satis non est turpe aliquid eligere & operari
nisi illud etiam in alium finem dirigant: in quo
duplex apparet turpitudine. Id etiam spectant
vt stabiliant propositum in quo versantur, ne
turpitudinem quam delegerunt, quamque vehe-
menter depereunt, breui cogantur deserere
& hoc quoque seruire est immunditiæ & ini-
quitati ad iniquitatem. Vult ergo Apostolus
omnia membra nostra seruire iustitiæ in sancti-
ficationem, vt bona sit res quam aggredimur
& melior fiat desiderio & conatu perseverantiæ
maiorisque & amplioris in dies sanctificatio-
nis.

Rom. 6.

Alterum quod requiritur, est voluntatis
 mutatio, sine qua nihil omnino fiet: est enim
 dux huius exercitus: quo obtento, exercitum
 tibi concilias & possides. Illa imperat potenti-
 as, facultatibus, affectibus, membris ac toti
 corpori: & quod imperat, fit, si id in illius sit po-
 testate. Sol libera est, & agit quod vult: reli-
 qua carent libertate, & pro stipendio vtrique,
 vitio ac virtuti, merent; nihil perdunt de viribus
 ubicumque seruiunt. Hoc accedit, quod,
 qui Deo seruiunt, accessione noui spiritus ar-
 dentiores euadant, maiorisque ac certioris la-
 borum pramij expectatione feruorem au-
 geant: tantum mutatur dux rectorque exercitus
 qui dirigit acies in fines alios, & milites ei totis
 viribus dicto sunt audientes. *Quare admodum*
inuat Complexio, quæ ante oberat. Quæ enim infle-
ctebat ad impuros Veneris amores, adiuta spiri-
tu nouo, & imperio voluntatis, tota in rerum æ-
ternarum amores, in diuinæ bonitatis comple-
xus transfunditur. Conuersatio & amica & læta
incredibiliter ad Dei charitatē eos allicit, quos
cupit demereri: funiculi enim infracti sūt amor
& lætitia, ac vehementer colligant ac vincunt
animos haud dissimiles. Qui vero Complexio
ne sunt frigidiori, si non adeo valeant ingenio, ci-
modestia tamen, castitate, humilitate, parato
obsequio plurimum profunt: excitant enim ar-
dentis spiritus incitamenta, ac torporem excu-
tiunt. Qui autem generosi erant, non mutat
eorum naturam gratia, sed perficit: iique strenue
in seipos saulunt: aggrediuntur ardua, con-
stanter

2.
Voluntatis
sanatio.

 Complexio
 praua per
 gratiam re-
 staurata.
 virtutis
 partes quo
 modo inuet
 1.
Sanguinei.
 2.
 Phlegmatē
 3.
 Cholericē.
 4.

ROMANUS
 ...
 ...
 ...

Melancho- stant agunt ac perficiunt. Utitur deniq; De
lici gratia suis instrumentis, quantumcumque retulit
restauran- nec difficile illi est, hominem melancholia,
sur. doloribus oppressum erigere, imo & morbo
 plurimis affectum læticia perfundere, iudicium
 illustrare, mentemque sanctis cogitationibus
 imbuere, & voluntatem dulcedine spirituali
 vnctionis implere.

C A P. XVI.

Abundanti gratia Complexionem deterio-
rem restaurari, exemplis declaratur: ho-
minem tamen non omnino passio-
num oppugnatione libe-
rari.

1. 29. **N**ihil ago, si hæc exemplis non ille-
 Apostoli strem. Non fuit difficile Spiritui sancto,
gratia Spi- rudo, rudes & agrestes Apostolorum mores ex-
ritus san- polire, & Petri choleram ad constantiam ardentem
Et in cor- temque erga Magistrum amorem reuocare. Ta-
pore & a- ceo Paulum, cuius ira non intra Ierosolymorum
nimo adiu- muros se continebat, sed domos, ciuitates, pro-
ti uincias furibunda peruadebat: rapiebat inno-
 2. cuos ad necem, cui ipse insanie crudeliter con-
 D. Paulus. filio, opera, animo & voluntate concurre-
Act. 8. 9. bat. Deus lupum in agnum conuertit, & ira
 21. in animi fortitudinem iam ordinata commi-
 Gal. 1. grauit.

3. Vnum è verustioribus adferam. Manasses,
 optimi